Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur.
Wien-Leipzig, 1899 Seite VIII
Quelle:
Copyright:

Caspar Kalba, „succentor in scholis nostris", unum[1]) dono dedit.[2])

Libri, qui sunt saeculo XV recentiores, evidentius conventualium operam produnt[3]) eamque a praepositis monasterii sublevatam et auctam. Nam Benedicti Chelidonii Abbatis (1518—1521) nomen et famam quis ignorat?[4]) Quae Wolfgangus Traunsteiner (1541—1562) ad litterarum studia promovenda fecit, eorum Wolfgangus Schmälzl exstitit laudator.[5]) Ioanni IX Schretel de Kembnat (1562—1583) publico testimonio confirmatur librariam et antiquorum et recentium librorum esse locupletem et insigniter adornatam.[6]) Antonius Spindler (1642—1648) bibliothecam munificentissime auxit.[7]) Imperante Carolo Fetzer (1705—1750), qui meritissimis adnumeratur praepositis, litterae in monasterio maxime florebant;[8]) ad huius aetatem spectant tres antiquissimi, quos habemus, bibliothecae catalogi, in quibus tamen librorum manu scriptorum nulla ratio habetur.[9])

Ac profecto catalogus codicum manu scriptorum antiquioris aetatis non exstat; satis tunc habebant brevibus adnotationibus, quae sunt in ipsis libris, possessorem indicare. Qui diligenter in libros manu scriptos animum adverteret, primus fuit

---

[1]) Cod. 32.

[2]) De his aliisque donis cf. Wolfsgruber 99 sq.

[3]) A monasterii sodalibus exarati expressis verbis dicuntur codices hi: 443, 444, 446—455, 463, 469—471, 480—491, 493, 506—517, 519—521, 524, 530—532, 534, 549, 553, 561, 562, 574, 576, 595, 598—604, 617—619, 626—628, 631—633, 635, 636, 642, 646—653, 659, 679, 680—683, 685, 691—700, 721, 739.

[4]) Hauswirth 52.

[5]) Hauswirth 65.

[6]) Hauswirth 69.

[7]) Hauswirth 94.

[8]) Hauswirth 127 sq.

[9]) Codd. 530—532.